

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

8. Breuis digreßio contra responsum falso, vt puto adscriptum aliquibus  
Doctoribus Sorbonistis, in qua describuntur sex diuersa tempora, in quibus  
conceſſa sunt diuersis personis, & statibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

permittuit, tanquam ad successorem Petri, cui data, est à Christo Domino summa potestas in totam Ecclesiam: & hoc est, quod dicitur in cap. Omnes, dist.

22. Omnes, sive Patriarchæ cuiuslibet apicem, sive Metropolitū primatus, aut Episcopatum Cathedras vel Ecclesiæ, sive cuiuslibet ordinis Dignitatem instituita Romana Ecclesia. Sic ibi. At vero primis illis Ecclesiæ temporibus post Apostolos, expresso, vel tacito Romanorum Pontificum consensu, Elec-tiones Episcoporum siebant. Nam, scientibus, & non repugnabut, nec aliud statutibus Romanis Pontificibus, cum iure posse, Clerici cuiusque Ecclesie Cathedralis in unum simul conuenientes, vnu quendam in Episcopum nominabant, designabant, elegabant. In hac porrò nominatione, designatione, vel electione, non semper idem mos, & vius est retentus. Aliquando enim Clerici simili & Populus nominabant, designabant, elegabant, & offerebant capite fatus est 7. questione 1. capite Plebs, capite Nostræ, capite Episcopos. Litteræ dist. 63. Aliquando Populus quidem petebat ac postulabat Episcopum; Clerus vero eligebat. capite Nulla dist. 62. Aliquando & ipse Populus non solum petebat, sed etiam nominabat, & designabat; Clerus vero eligebat, cap. Nulla cit. Aliquando etiam Episcopos sibi adiutoriem adscivit, quem postea successo-rem nominauit; vel morti vicinus Episcopum in sui locum successorum designauit. cap. Si Petrus 8. quæst. 1. Aliquando Clerici eligebant, Populus vero nominabat, & Principis requirebatur assensus. cap. Quia ignor. cap. Lætis, dist. 63. & cap. Quod sicut de elect. Donec tandem Canonica est Sanctione decretum, ut sibi Clerici Episcopum eligerent, Laicos penitus ex-clusis. cap. Nullus. cap. Adrianus. cap. Non est. cap. Non sicut. distinc. 36. cap. Si deinceps 16. quæst. 7. Et ad ex-tremum, tota Episcopum eligendi facultas, ad Ca-nonicorum Collegium redacta, & devoluta est, ita ut sibi Canonici, exclusis non solum Laicos, sed etiam ceteris Ecclesiæ Clericis, quamvis Beneficia-rii, Episcopum eligerent: quæ Lex, & confuetudo diu in Ecclesia durauit per Germaniam, Galliam, Angliam, Polonię, Italię, & Hispanię. Quæ potest Lex Romanorum pontificum autoritate est abrogata, & ius nominandi, designandi, offerendi, & praeflentandi Episcopos, datum est multis Regibus eundem Romanorum pontificum nutu, & assensu. Vnde nunc Reges Hispanie Episcopos nominant, designant, & offertunt Romano pontifici, ut eos in Ecclesiæ instituat. De quo jure Regis nostri Hispaniarum circa præsentationem Ecclesiæ suorum Regnum, inter recentissimos Scriptores, mate-riam late perruantæ, vide heu quandam nostrum Barbosam, Episcopum Vgentinum, de Iure Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 74. & seqq. & tres inclitos Profellores Salmaticenses Ioannem Solorzanum, de Indianum Iure, tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 31. & seqq. Valboam de Magroucio, in c. um Ecclesia Surinam de causa possess. & propriet. num. 33. & seqq. Alphonsum de Escobar Loaifa, de Pontificia, & Regia Iurisdictione cap. 8. num. 7. & seqq. quibus addit Petrum Gonzalez Salze-do, de lege Politica, lib. 2. cap. 11. n. 24. & seqq. cum amicissimo, & eruditissimo. Dominico D. Laurentio Ramirez de Prado, in notis ad Chron. Luitpran. n. 99. quem angor ad manus meas non peruenisse, multa enim ex ipso didicimus.

2. Ex his non deseram obseruare, falsam esse Ioan. Ignei in lege Necessarios. §. Non alia n. 336. ff. Ad Silaniandum doctrinam, quam lequitur est Ioannes Ferraldus. In Tractatu de Insignibus Regum Fran-cia IX. Iure, ubi probare nititur, Reges Hispanie ins-päsentandi Episcopos, habuisse ratione concessio-nis Catolo Magno, Gallicano Regi, facta: nam

Tom. IX.

per centum viginti annos, antequam Carolus Ma-gnus in rebus humanis esset, nostris Hispaniæ Re-gibus competebat; vt ex Coartiuias, Perez, & Sal-zedo, probat Mauritius de Alzedo, de præcellentia Episcopatus dignitatis, p. 1. cap. 3. num. 9. Nota v. id, quod hodie solum in Germaniæ Ecclesiæ vetus con-suetudo seruatur: in quibus Canonicorum Colle-gium Episcopum nominat, designat, & elegit; ele-ctus vero à Pontifice confirmatur. Ita Azorius p. 2. lib. 3. c. 28. q. 4. Germonius de Sacra Immun. lib. 3. c. 12. num. 40. cum aliis.

### RESOL. VIII.

Brevis digestio contra resonsum falsum, ut puto, adscri-pnum aliquibus Doctribus Sorbonistis, in qua descri-buntur sex diversa tempora, in quibus concessa sunt diuersis personis, & statibus electiones Episcoporum, Abbatuum & prioratum. Ex part. 10. tract. 1. Rel. etiam 8.

§. 1. **N**ouissimè terebatur manibus aliquorum, nunc Roma quidam libellus typis impressus, cui titulus hic erat. Responsum præcipuorū Docto-rum Parisiensis Academiæ Sorbonicæ, Pontificissimo Portugallia Regno. In quo Aucto[r] professione Calvinista, vt credo, firmat, electionem Episcoporum olim Diuina autoritate spectasse ad Populum; & postea ius illud fuisse trâflatum in Principes, quo-rum consensu Pontifices tale ius poterâ sibi acqui-sierunt. Probat hoc ex verbis S. Cypriani, Epist. 68. in illis verbis. propter quod de traditione Divina, &c. Et postea coaceruat quamplura loca Veterum Patrū, & Conciliorum, despumpta ex Republica M-Antonij de Dominis. Sed hæc fuit hæresis Calvini, qui locum Cypriani adducit: & ad illum responde, Pamelius ibidem, in Annorat. Duallius de potest. Pontificis, p. 3. quæst. 6. Azorius, p. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 4. Bellarmine, lib. 1. de Clericis, cap. 7. Vas-quez in 3. p. tom. 3. disputat. 244. cap. 5. num. 53. &c. alij communiter. Nam cum ait Cyprianus id de Diuina autoritate descendere, per autoritatē Dini-nam non intelligit præceptum, seu ius diuinum; sed exemplum ex Sacra scriptura de promptum: instar cuis, inquit Cyprianus, fieri debere Electionem nostrorum Ministrorum coram Populo, & ipso etiam consentiente: dicit enim Episcopum esse eligendum coram Populo sicut legimus. num. 20. electum fuisse Eleazar Aucto[r]. 1. Matthiam, & septem Diaconos. Aucto[r]. 6.

2. Ad alias vero authoritates Patrum, ab Anony-mo adductas, responderet individualiter Coeffeteau, & Boutieris contra Rempublicam M. Antonij de Dominis, lib. 3. c. 3. per totum: ad illos, & non pigebit: Ego vero, ex superiori dictis, paucis verbis ad omnes illas Patrum auctoritates respondeo. Dico igitur cum Bonacina tr. de Summo Pontif. g. 1. punct. 1. n. 10. & aliis, Laicos numquam electioni interfuisse, vt verè, & propriè eligerent, modò loquuntur de Electione propriè accepta, non vero de facta per usurpationem: nam ipsa interdicta erat electio in Concilio Laodiceno I. in Concilio Martini Papæ, in Nicæno XI. & in octauo generali Constantinopolitano. Populus enim elec-tioni assisteret, non ad verè, & propriè eligendum; sed ad petendum, ad proponendum, ad testi-monium ferendum de vita, & motibus eligendi, ac denique ad præstandum consensem. Et licet alii cubi habeatur elegibile, nihilominus non verè, propriè, & positivè elegit, cum electio sit actio Ecclæsiastica competens Ecclæsiasticis personis: sed negatiue, quatenus non impeditat electionem suo testimonio.

testimoniis, nec quidquam obiciebat: aut quatenus personam proponebat, in eam consentiebat, & acquiescebat electioni. cap. Nullus 61. c. Clerici, & cap. Vita 62. dif. Ob id, verbum eligere, aliter accipitur de Ecclesiasticis, aliter de populo; etiam in eodem verborum contextu adhibetur. Sicut sanitas aliter accipitur de pulsu, aliter de medicina, aliter de habitu, aliter de homine. Sicut etiam Pilatus, Turba, Sacerdotes, & Milites Christum crucifixerunt; sed non omnes eadem ratione. Et hoc dicere voluerunt; & sic interpretanda sunt verba supradictorum Patrum ab Aduersario coacceruta: quia licet plerumque electio nomen generice vspurant, ac cum postulatione confundant; vera tamen, ac constans ipsorum sententia est, Plebem ab Episcoporum, atque aliorum Ecclesiasticorum hominum vera electione, quæ vix soli Clero permittitur, excludi. Planè itaque constat, in electionibus Episcoporum nihil præter assensum, à Plebe postulari, & si quid præterea ad electionem spectans eidem adscribi contingat, id totum in postulatione concludi. Quare ex auctoritate Patrum adducta, & eorum verbis; asserto, nihil aliud olim fuisse Populorum, Ciuium, ac Magistratum, in eligendo, vel Episcopo, vel Sacerdotem, Votum, Suffragium, aut Electionem, quam consensum animorum, testimoniun bonum, & postulationis cuiusdam formam, ac specimen. Adde, quod, ut supra dictum est, si aliquando Populus cum Clero stricte, & proprie Episcopum eligebat, hoc factum ex Priuilegio Pontificis, dicendum est.

3. Pergit postea Anonymus ex sua doctrina p̄fere Regno Portugalliae Confessum, & ait. Quia Santissimus D. N. Innocentius X. ex mala affectione in Lusitanos, (verba ardenti cauterio iniuncta) differt in illo Regno Episcopos nominatos constitutre posse, ait ipse, Regem ipsum hoc efficere, quia dicta electio ad illum prius spectabat. Sed, ut probatum est, de iure dino ad solum Papam electio Episcoporum pertinet; & si aliquando in illa se immiscuit Plebs, Clerus, vel Principes Laici; hoc totum factum fuit, expresso, vel tacito Summi Pontificis consensu: contrarium asserere, est hereticum. Et, ut videat Anonymus, quam malum consilium Lusitanis praestet; sciat, Reges Lusitanos legitimos, nunquam Episcopos elegisse, ut patet ex responsione Regis ad Innocentium VII I. Pontificem; quam ponit Pereira, de manu Regia, part. I. Concor. 28. num. 76. vbi sic habetur: Quod Rex in Ecclesiis minoribus à Cathedralibus, quibus est per electionem Praelatis, vel Rectoribus prouidentum, vacent, maiorem sibi autoritatem vindicet, intendens, in eis Clericis familiaribus suis, vel aliis minus dignis, Capitulis Ecclesiistarum huiusmodi universaliter, & singulariter singulis litteras suas mittit, precibus exigens, & minis grauibus, & terroribus interiectis, vt nullum omnino in Praelatum eligant, nisi quem ipse in huiusmodi litteris nominat, vel per suos Ministros facit nominari. Respondent Procuratores, quod idem Rex, si preces aliquando poterint, pro aliquibus eligendis in talibus Ecclesiis; pro dignis interposuit preces suas, nullis super hoc minis, vel terroribus interiectis: & quod soper hoc non grauat, nec intendit grauare Ecclesiis, vel Canonicos: & promiserunt, Regem ita perpetuo seruaturum, nec in suis precibus adieaturum, quod illius eligatur, nisi is, pro quo direxerit preces. Sic ibi. Vnde statim infert Pereira haec verba: In hoc Regno supponitur, quod Episcoporum electio spectabat ad Capitulum; Reges tamen Hispania à tempore Concilij Toletani; sub Pontifice Leone II. regnante Eruigio, Rego Goto, Episcopos Summo Pontifici præsentant. Ita ille,

Ex quibus verbis apparet mendacium Anonymi, nempe ius Populi eligendi Episcopos, translatum fuisse in Reges Lusitanos: & ideo, nolente Pontifice Episcopos, eligeve, ius eligendi iterum ad illos redire. Nam ipsius Reges Lusitanii, ut patet ex verbis paulo supra adductis fatentur, nunquam habuisse ius eligendi Episcopos, nec illos unquam elegisse. Et ideo, ut notat Pereira vbi supra, Priuilegium tantum nominandi Episcopos à tempore Alphonsi V. ex Priuilegio Papæ habuerunt; ut notat eriam amicissimus, & sapientissimus Joannes Sotoranzus, de Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 31. & tandem recte à me superioris dictum fuit responsum, ex cuius occasione hunc Tractatum composui; falsò fuisse adscriptum aliquibus Doctoribus Academiae Sorbonicae: nam quis credere potest in illo celebri Musæo Caluinistæ existere? Doctrina enim, in dicto Responso, Regno Portugalliae exhibita, ex penit Caluini desumpta est, cum sit contra Catholicam doctrinam, quam superius firmavimus, & quam Doctores Sorbonistæ individualiter docuerunt, ut Andreas Duwallius de Potestate Pontificis p. 3. quæst. 6. Isambert in 3. part. D. Thome tom. 3. de Sacramento Ordinis disp. 6. num. 2. Franciscus Hallier de Sacris Ordinationibus cap. 3. §. 1. & 2. quibus addo Coeffeum contra M. Antonium de Dominis lib. 3. cap. 3. per totum, Cellotum de Hierarchia Ecclesiastica lib. 4. cap. 17. Saussay in Panoplia Episcopali lib. 2. & alios qui mordicus tenent. Populum numquam habuisse ius eligendi, & suffragandi ex iure diuino. Videat modò Anonymus, si Doctores Sorbone, ipsius, an nostram sententiam doceant. Nostris tantum temporibus intentio non Sorbonitam, sed Simeonem Vigorium, Gallum tamen, Consiliarium Regium, in Parlamento Parisiensi sententiam Anonymi docuisse: docet enim Apologia, de supra Ecclesia auctoritate, titulo de Disciplina Ecclesiastica n. 38 fol. mibi 185. Episcops a Principibus cōstitutos fuisse prius Ecclesia secularis, tūm iure suo, tūm lege Regia qua quicquid juris Populus habebat, in Regem translatum est. Sed iste Author in dicta Apologia multos errores effudit; & le ostendit contra sanctam Sedem Apostolicam, & Romanam in sensuissimum hostem. Contra quem, & contra doctrinam ab ipso paulo ante allatam, se constanter opposuerunt Andreas Duwallius, vbi supra, & Ioannes le Tau, tract. de Summi Pontificis auctorib. lib. 3. quod opus aeternitate dignissimum, imprellum fuit Ebroicis apud Antonium le Marie 1622. Verum aduersus Anonymum, non solum Theologos Gallos adductos, sed etiam Gallum Jurisconsultum adducere non desinunt. Andiat itaque Rebassum, in notat. ad Concordia iii. de electione derogat. super verb. Et cum ex electionibus in principio, qui totum responsum Lusitanis ab ipso exhibutum, penitus labefactat. A principio, inquit, ius eligendi erat, prout est, apud Deum; qui suo filio Domino nostro Iesu Christo facultatem eligendi in mundo dedit; quam exercuit, ut patet Lue. 6. vocavit Iesu Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis: quos & Apostolos nominauit. Hanc denum potestatem Christus Papa, tanquam suo Vicario, concessit, quam ex humiliata Petrus Collegio Apostolorum, & Seniorum exercere permisit. Act. 6. & 5 secundum tempus subsequens fuit, in quo gens effera coepit ex crescere, & Clericis nolle obedire, & per consequens neminem velle recipere, nisi ab ipsis approbatus fuisse: quod longo tolerarunt tempore Summi Pontifices, ut fides Christiana augetur, & per populum tueretur. Ideo aliquoties per Clericos, & populum electio celebrata extitit, saltem de consensu populi, electio à Clero siebat. Can. Plebs, & Can. sequ. 63. diff. Vnde statutum Nicolaus

Nicolaus Papa, Episcopos non esse consecrandos, nisi post electionem, vel consensum Cleri, & populi. *Can. Episcopos 63. dñs. vbi Cleri, Plebisque consensus requiritur; ne Plebs iniuria Episcopum non optatum contemnatur, aut odiat. Can. final. ibidem. Can. in nomine 23. dñs.* Sed quia Vulgus aliquando per acclamacionem ignoros, seu populares, nulla habita ratione probitatis, eligebat; id est hac usurpatione fuit priuata, & prohibita, ne deinceps electioni interferet, & sic tertium tempus, successit, in quo Reges, & Princeps Ecclesiae grati fuerunt, & erga illum bene meriti. Id est Papa Carolo Regi Francorum & Imperatori, facultatem eligendi Summum Pontificem permisit; ac omnes Archiepiscopos, & Episcopos per suas Provincias ad eodem Inuestituram acciperet, definitum. *Can. Adrianus, & seq. 63. dñs.* Et quia plurimas perturbationes in Ecclesia imò ruinam Sanctæ Religionis oriri cognovit Gregorius, id est in Synodo generali hoc prohibitum fuit in hæc verba: *Decretum, ut nullus Clericorum, Inuestituras Episcopatus, vel Abbatia, vel Ecclesia, de manu Imperatoris, vel Regis, vel aliquis Laice persona, Viri, vel Femina suscipiat. Quod si præsumserit; recognoscatur Inuestituras illam Apostolica auctoritate irritam esse; & se usque ad dignam satisfactionem subiacere. Can. Quoniam Inuestituras 16. q. 7. Et sic. Quartum tempus*

aduenit in quo Elección omnino Secularibus Principibus fuit prohibita; fuique statutum, vt quicumque electionem Ecclesiastici ordinis tentauerit, Anathema sit, donec obediatur, & consentiar in quidquid Ecclesia de electione proprij Præsulis se velle monstrauerit. *Can. 11. & seq. 63. dñs.* Quintum tempus proximum fuit, in quo Canonicis, & Religiis simul concessæ sunt electiones Episcoporum, & Archiepiscoporum. *Can. Sacrorum 6. dñs.* Quod si, exclusis Religiis electio fieret; irrita haberetur. *Can. Obrenibus, ibid. & Panormitanus in cap. 1. de Electionib.* Postea Concilium Basiliense approbavit, vt vnaquaque Ecclesia, aut Collegium, seu Conuentus sibi Prælatum eligeret; vt in *Pragmat. Sanctione* patet, *Rubr. de Electionib.* Verantamen, quia Canonicis, & alij Electores abutebantur, & propter abusum perditur Priuilegium; id est electionibus fuerunt priuati. Sextum tempus est horum Concordiorum, in quo datur nominatio Regi Francie de Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, Abbatii, & Prioratibus, vel electiis, & redditum est ad Tertium tempus supra descriptum. Cauendum erit tamen ne per abusum Omega aliquando reuoleat ad Alpha. *Can. Ab Exordio. 35. dñs.* Hucusque Rebus. Quid ad hæc respondet *Anonymous.* Utinam illud Psalmi: *Omnis iniurias oppilabit os suum.*

TRACTATVS DECIMVS,  
HISTORICO-THEOLOGICVS,  
D E  
NUMERO ELECTORVM  
IMPERATORIS.  
*Non augendo, vel minuendo, inconsulto Summo Pontifice.*

RESOLVTIO PRIMA.

*An absque assensu Summi Pontificis, Septem Germania Electoribus pessi Octauus addi?*  
Ex quo inferitur, an potestas eligendi Imperatorem sit largita Septem Electoribus Germanie à Summo Pontifice? Ex part. 10. tract. 4. Ref. 1.

S. 1.  Vt teneret potestatem eligendi Imperatorem non fuisse largitam septem Electoribus Germanie à Summo Pontifice, ad questionem propositam affirmatiꝝ responderet: & ita docent ex hæreticis nostri temporis Theodoros Reiking de Regimine Seculari, & Ecclesiastico, lib. 1. claff. 4. cap. 7. num. 3. Andreas Kichen de Saxonico non provocandi iure cap. 1. num. 8. & 9. Thomas Paumester de iuris divisione, lib. 2. cap. 2. num. 29. Daniel Ottonus de iure publico, cap. 10. & Giralodus Bexdorffius in cap. 1. Auct. Bull. Caroli IV. n. 14. vbi sic assertit: Cum vero dicatur, Electores ad electionem iuxta antiquam consuetudinem debere proficiere; hinc non parum suspicuum redditur, quod vulgo fertur septem Viatorum institutionem per aliquam, tempore Ottonis III. & Gregorii V. vcl. vt alij Friderici I. Tom. IX.

& Gregorij X. latam Constitutionem, factam esse; haudque leuis ponderis argumentum pro opinione eorum insurgit, qui existimant, id non tam expressa, vel speciali aliqua Constitutione institutum, quam antiqua, & sensim, tacito vel expresso ordinum consensu, inualere cepta consuetudine introductum fuisse. Quicquid autem sit, si Principibus Electoribus eligendi Potestas per certam Constitutionem aliquam tributa fuit unquam; eam non à Gregorio V. Pontifice, sed ab Ottone III. Imperatore factam fuisse necesse est. Ita illecepi etiam addenouissimè Carolum Vombagen de iure publico, lib. 2. cap. 1. n. 9. sic aientem: Maior inter Doctores dubitatio est, cui primordia, & institutio huius Collegij Electoralis adscribenda veniat: An Imperatori Ottoni III. & Gregorio V. Pontifici tanquam hoc in passu, consiliarie, & sua sorti Imperatoris vt fuit communis opinio: An vero, secundum alios, Friderico II. & Gregorio X. Papæ, vel alijs Imperatoribus ab Hæreticis denominatis: An potius non tam expressa, & specialis alienius Constitutione illud Collegium, quam antiqua, & sensim, tacito ordinum consensu, approbata consuetudine introductum; & tandem à Carolo I. V. & reliquis Imperij Proceribus Auct. Bulla confirmatum sit? Quod verius videtur; & expressus

Q q 2 expressus